


240 - 6

~~200~~

21353



Numeras Epistolar. familiar. sicc.

Quattuor etq; decem, bisq; insuper Squadragesima,


Quinque decemq; libris servat Epistolia.

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE FAMILIARES.

PAVL I M A N V T I I S C H O L I A ,
*quibus harum epistolarum complures locos, ab
alijs propter obscuritatem aut omissos, aut
minus recte explanatos, partim in-
terpretatur, partim corrigit.*

Index additus,

aucta scholia, orthographia veterem
ad consuetudinem restituta.



Corrigente Paulo Manutio, Aldi F.
V E N E T I I S, M. D. LVI.

P A V L V S M A N V T I V S
ALDI FILIVS, MATTHAEO
SENAREGAE, AMBROSII
FILIO, GENVENSIS,
S. D.

T
V O' NE , Matthæe Senarega , an
meo dicam felici contigisse fato , ut ,
relicto Louaniensi celeberrimo gymna-
sio , quò , tanquam ad mercatum bo-
narum artium , uirtutis & eloquen-
tiæ comparandæ causa concesseras , Venetias te hoc po-
tissimum nomine contuleris , quòd nostri , ut ipse dice-
re solitus es , uidendi & cognoscendi mira quædam te
cupiditas incenderet ? tu quidem , si tuum sensum
explorem , uis me hoc tribuere fortunæ tuæ . nam quòd
ita euenerit , non modo ut ad amicitiam & consuetudi-
nem meam , uerum etiam ut ad conuictum & contu-
bernium meum tibi aditus patuerit ; in eo , quasi tibi
quiddam expetendum contigerit , plurimum ipse tibi
solitus es gratulari . de quo , non est meum statuere ,
uere ne sentias , an secus . at illud meum est , paucis
ostendere , cur tu contra mihi carissimus ac iucundissi-
mus sis , & quòd nunc in meis ædibus tecum habites ,
mecumq; uiuas , in eo ego quoque meæ felicitatis ali-
quid agnoscam . nam si tu ita de me sentis honorifice ,
quòd iudicio mouearis : æquum est mihi à te concedi ,
ut ego de te non minus uere , quam tu de me , iudica-
re possim . sin istam tibi de me opinionem peperit huma-